Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



107

coopite nos. quia si in uiridi ligno hec faciunt.
in arido quid fiet. Ducebant autem et alii duo
nequam cum eo ut interficerentur. Et postquam
uenerunt in locum qui dicitur caluarie. ibi cru
cifixerunt eum et latrones. unum a dextris et
alterum a sinistris. Ihe autem dicebat. Pater dimit
te illis. non enim sciunt quid faciunt. Diui
dentes uero uestimenta eius. miserunt sortes. Et
stabat populus expectans. Et deridebant eum
principes cum eis dicentes. Alios saluos fecit.
se saluum faciat si hic est xpc dei electus. Illude
bant autem ei et milites. accedentes et acetum
offerentes illi dicentes. Si tu es rex iudeorum.
saluum te fac. Erat autem et superscriptio scripta super
illum. litteris grecis et latinis et hebraicis.
Hic est rex iudeorum. Unus autem de his qui pen
debant latronibus blasphemabat eum dicens.
Si tu es xpc. saluum fac temetipsum et nos.
Respondens autem alter. increpabat eum di
cens. Neque tu times dm. quod in eadem damp
natione es. Et nos quidem iuste. nam digna